

Edition

Hinkmar ermahnt König Karl (den Kahlen) — unter Hinweis auf wörtlich wiedergegebene Auszüge aus (Pseudo-)Cyprian und Gregor d. Gr. —, sich als wahrer christlicher Herrscher zu erweisen, indem er für die Rechtssicherheit der Untertanen des Reiches Sorge (Fortsetzung von Brief Nr. 126).

Februar 859

Hs.: Paris, BN lat. 13764 (Saint Germain 1040), 9. Jh., Bl. 86—89' (B)

Sanctus Cyprianus dicit quia duodecim¹⁷⁾ sunt abusiva saeculi per quae saeculi rota, si in illo^{a)} fuerint, decipitur et ad tartari tenebras nullo impediende suffragio per iustum Dei iudicium rotatur. Quorum nonus¹⁸⁾ abusio gradus est rex iniquus; etenim regem non iniquum sed correctorem iniquorum esse oportet, unde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet. Nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores ne iniqui sint non corrigit? Quoniam iustitia regis exaltatur solum et veritate solidatur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est neminem iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarum inter virum et proximum suum iudicare, advenis et pupillis et viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos et histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas et periurantes vivere non sinere, ecclesias defendere, pauperes elemosinis alere, iustos super regni negotia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et ariolorum phitonissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam differre, patriam fortiter et iuste contra adversarios defendere, per omnia in Deo vivere, prosperitatibus non elevare animum, cuncta adversa patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum. 'Vae¹⁹⁾ enim terrae cuius rex est puer et cuius principes mane comedunt'. Haec regni prosperitatem in praesenti faciunt et regem ad caelestia regna meliora perducunt. Qui vero secundum hanc legem non dispensat, multas nimirum adversitates imperii tolerat. Idcirco enim sepe pax populorum rumpitur et offendicula etiam de regno suscitantur, terrarum

a) illa B

ton, Fürstenspiegel S. 311 sieht zu Recht durch „diese Akzentuierung des Ministeriumsbegriffes“ die Autorschaft Hinkmars für die Abfassung der Synodalkarten für erwiesen an.

¹⁶⁾ Nach Anton, Fürstenspiegel S. 302 Anm. 789, der sich auf die Belege bei Hellmann, Ps.-Cyprian S. 17 Anm. 7 beruft, begegnen erst wieder in Hinkmars „De regis persona“ (Migne PL 125, 835. 850) Passagen aus „De XII abusivis saeculi“. Schrörs, Hinkmar S. 385 Anm. 26 datiert „De regis persona“ in das Jahr 873. — Dagegen zitiert Hinkmar die 6. Abusio außerdem nur in drei Schriften in den letzten beiden Jahren vor seinem Tode: „Ad Carolum III“ 880 (Migne PL 125, 992), „Ad episcopos“ 882 (Migne PL 125, 1012) und in „De ordine palatii“ 882, Viktor Krause, MGH Capit. 2 S. 521.

¹⁷⁾ Ps.-Cypr. Incipit S. 32.

¹⁸⁾ Ps.-Cypr. c. 9 S. 51—53.

¹⁹⁾ Eccl. 10, 16.